

dūracinus, a, um. adi. **dūracinum, i.** subs. n. **FORMA** a saec. III ec. s. n. *duracinum* uel *duracenum* inuenitur [→]*acinus*^{a2}; *acinus* et ^{*}*AC-* per *duracinum* *conexi* esse uisi sunt ISID Orig 17.7.7. *Duracenum* nuncupatur eo quod pomum eius in gustu *acorem* referat.; adi. et subst. hic quoque *conexi* sunt, nam si *adiectiui* concordantia cum *susbtantiuo* genus exprimente (*malum*, *pirum*, *Persicum*) plena sit an *adiectiuum* iam *substantiuum* ei appositiuum sit *distinguere* perdifficile est PLIN Nat 15.39. *Mala* appellamus ... *Persica* et *granata*. ... *Persicorum* palma *duracinis*. **ETYM** *durus*, *acinus*; at KELLER (p. 232) *etymologiam* a *durus* et *acinus* uulgarem esse censet, ad eam meliorem oppositam quae a DYRRHACHIUM > Dyrrhacīnus > duracīnus uenire affirmat; uocalis i longa saec. I aec. correpta esset per similitudinem cum acīnus PLIN Nat 14.15. ad quod comprehendendum duricorius adiuuat ut uocabulum *duracino* persimile et melius concinnatum MACR Sat 3.20.1. **DROM** cast. *durazno*, port. *durazio*. [**FREQ** humilis 27 ^{indicia} 2 ^{/d.c.m.} 234-149 CATO] uocabulum scriptis technicis ad agri culturam, naturalem historiam medicinamque pertinentibus aptum, multo minus scriptis litterariis et prosa et uersu, usibus quotidianis, lyricis et exponendo narrandoque aptum; omnibus temporibus inuenitur, magis tamen saec. ec. abundat.

VARIATIO OPERUM		indicia	p ^{/d.c.m. subc.}
	exponens	24	8,6
	narratiua	2	0,4
	satirica	1	5
DIACHRONICA	III-II aec.	1	4,6
	I aec.	1	0,36
	I-II ec.	12	3,1
	III-V ec.	13	1,9
DIAPHASICA	media	24	2,5
	quotidiana	3	21
DIASTRATICA	litteraria	3	0,26
	technica	24	9
MODUS	prosa	26	2,6
	uersu	1	5,6

¶ adi. ad uuas magnorum acinorum duraeque pellis pertinet, quae ad uinum efficiendum minus ualent sed mensae aptissima sunt (uuae scariae) • se aplica sobre todo a las uvas de grano grande y piel u hollejo duro, poco aptas para la elaboración de vino pero deliciosas en la mesa, *lairén* 234-149 CATO Agr 7.2. Quas suspendas duracinas Aminnias maiores, uel ad fabrum ferrarium pro passis eae recte seruantur. 37 VARRO Rus 1.58. Cato ait ... quas uuas suspendas opportunissimas esse duracinas et Aminneas. 79 PLIN Nat 14.42. In pergulis uero seruntur escariae appellatae e duracinis, albae, nigrae. 80 DIG 50.16.205. uuas ... duracinas ... quas non uini causa haberemus, quas Graeci τρωξίμους appellarent.

^{in fine Antiquitatis} *fructibus applicatum est, quibus densitas carnis potius quam textura corticis commendabatur; inter quos praesertim species Persica dicta, quae in nomen subst. conuersa est ob solitam concordantiam cum Persicum^b; et potuit ad pirum et fructus illos applicari, ut eorum carnis firmitatem exprimeret* • se aplicó a frutos de los que, en lugar de la textura de la piel, se realizaba la densidad de la carne, especialmente la variedad del melocotón llamado durazno, que acabó convertido en un sust n por su concordancia habitual con Persicum^b; y pudo haberse aplicado a pirum y a aquellos frutos de los que especificaría variedades de carne firme 420 CAEL AUR Chron 3.34. tunc immittenda mala Cydonia ... aut pira duracina, quae Crustumina uocant.

item ad uites quae uuam duracinam offerebant pertinuit • también se aplicó a las vides que producían la uva *lairén* 60 COLUM 3.2.1. maxime praecoques et duracinae conseri debent. 384-440 MACR Sat 1.20.7. duracina labrusca melampsithia.

duracinum, i. subs. n. a saec. I ec. apparet, quod uocabulum Persici^b uarietatem carnis densitate commendatam designabat • aparece en el s. I ec. y designó el durazno o melocotón [HYPER Persicum DOM eius caro ossi adhaeret adhaerere, detrahere] 79 PLIN Nat 15.109. nullus suci color Persicis, cum praesertim duracina suco abundant. 395-415 MARCELL 97. Ossa de persicis etiam duracinis franges et nucleos eorum colliges et siccabis in umbra. 80 GLOSS 2.282.42. δωρασινον (= δωρακινον) duracinum. 3.530.31. melodorakinon duracinum. 5.567.61. Duracinum malum persicum dicitur quod pomum eius referat.

id pomum, osse detracto, uarie conseruabatur aut sole siccabatur • este fruto, una vez retirado el hueso, se conservaba de diversas maneras o se secaba al sol, obteniendo lo que en castellano se denomina orejón 400 PALLAD 12.7.8. Duracina seruantur condita muria et oxymelle uel detractis ossibus ficorum more in sole siccantur ac pendent. 12.7.8. Item saepe uidi detractis ossibus duracina melle condiri et saporis esse iucundi.

item medicinales usus praebebant, quia uentrem continebant • también tenían usos medicinales, por su valor astringente • also had medicinal uses, due to its astringent value 420 CAEL AUR Acut 2.206. demus aliquid pomorum, ut pira duracina et cetera, quae stringere ualent.

uua duracina. subs. f. *uuae scariae* genus mensae commendatissima; ut uarietas esset aestimata et uulgo notissima, testimonia priuata atque colloquia id monstrant • uva *lairén*, tipo de uva de mesa de piel dura y carne firme; que era una variedad apreciada y conocida por la población general lo prueban los testimonios más domésticos y coloquiales [HYPER uua DOM ut passariae fierent suspendebantur] 84-85 MART Epigr 13.22.t. UVAE DURACINAE. Non habilis cyathis et inutilis uua Lyaeo, sed non potanti me tibi nectar ero. 121 SUET Aug 76. «Dum lectica ex regia domum redeo, panis unciam cum paucis acinis uuae duracinae comedi».